



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias  
distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

missa fuit, vt in c. studiisti de offi. deleg. quia rñdetur, 10 q. ad Reuerend. do. Legatum vti iudicem ordinari-um de iure recurri pōt, vt defendat, & manuteneat possessionem, ac illum, qui est in actuali possessione, a molestationibus, turbationibus, ac violentijs sibi ab aduersario, ac et a iudice, cui causa esset cōmissa, illatis, vt est text. in c. cum teneamur. cum ibi no. p. scribē, maxime Abb. extra de appel. & in c. conquirente, vbi tex. cum glo. de rest. spol. & probatur s'm vnā lecturā in d. c. studiisti. in vltimis verbis, ubi do. Ant. dicit, q. 11 licet inferior non possit se introumittere de gestis p. superiorem, tñ hoc est verum, qñ ea sunt licita, & valida, secus, si illicita, & nulla essent. & ibi And. Barba. col. 13. nu. 59. & est optimus text. in c. significauit. de offi. ordin. vbi ordinarius loci se introumittit de causa alij specialiter pmissa, defectum illius supplendo, vt ibi est gl. & Bal. in l. si in aliquam. ff. de offi. proconf. dicit, q. visitator generalis potest corrigere id, qd a visitatore speciali malefactum fuit. l. si hominem. ff. mandati. ¶ Quod autē literæ Apostolicæ aduersario concessæ sint subreptitiæ, & obreptitiæ, ac per fraudē aduersarii impetratæ, & consequenter nullæ, quia 13 subreptio ipso iure in totum vitiat literas gratiosas, & ad beneficia, vt in c. ad audientiam. de refer. Abbas in c. ceterum. eo. tit. in tantum, q. si virtute illarum iurisdictionis in consequentiam daretur, vitiantur, & ipso iure annullantur etiam quoad iurisdictionem, vt per Abb. in d. c. ceterum, probatur. & constat primo, quia nec de regressu, nec de possessione Ioannis Thomæ mentio facta fuit. Secundo nec de subrogatione facta de Io. Francisco per Reuerend. do. Legatum, qui habebat facultatē derogandi regulæ loquenti de subrogatione, & alijs, & exceptis duabus videlicet de viginti diebus, & illa de non verisimili notitia: ¶ Quæ subrogatio à Papa & legato facultatem subrogandi habente fieri potest, non solum quoad titulum beneficij, ad tradita per dominos de Rota in decis. 411. uel 403. alijs est decis. 10. & 11. sub tit. vt lit. pend. in nouis. sed etiam quoad possessionem, adeo q. subrogatus dicitur continuare possessionem primam illius, in cuius locum subrogatio facta fuit, vt per dominos de Rota in decis. 64. in antiquis. Tercio non fuit facta mentio de possessione Io. Francisci, nec de illius continuatione. Quarto nec de cognitione, nec de pronuntiatione R. D. Gubernatoris super possessione canonicatus, & præbendæ ad fauorem Io. Francisci contra aduersarium. Quinto nec de appellatione à dicta pronuntiatione interposita, & vltimo nec de multis alijs, de quibus si mentio facta fuisset, Papa literas supradictas aduersario non concessisset, vel saltem non ita facile argumentum eorum, quæ voluit Abb. in d. c. ceterum. & in c. 3. & in c. postulasti. eo. tit. Hæc breuiter q. aliquali informatione Reuerendiss. do. Prolegati do. mini mei singularissimi sint dicta. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Literis Apostolicis, quibus mandatur quem ad possessionem admitti, & illi de fructibus responderi, parendum est.
- 2 Exequutor ad beneficia, citato possessore, seu detentore ecclesiæ potest liberè mandatum exequi, & immittre in possessionem immittendum, & amouere illum, qui in ea erat, quando hoc fuit illi expresse commissum, absque citatione autem minime.
- 3 Exequutor ad beneficia quando, postquam immittendo in possessionem exequutus fuit, potestatem adhuc, & iurisdictionem habeat in defendendo indultum.
- 4 Papa credendum est, quod de aliqua causa cognouerit. Exequutor merus censetur, & solum formam traditam in exequendo seruare debet, nullamq. exceptionem exequutionis impediri admittit, quando Papa super aliquo disposuit, & prouidit, et pro exequutione aliquid fieri sub certa forma mandauit.

- 5 Exequutor ad beneficia non habet cognitionem super aliqua exceptione, quæ collationem factam à superiore elideret, aut factū superioris rescinderet, uel retardaret, sed facta exequutione debet comparentem ad superiorem remittere.
- 6 Vicarius episcopi non potest de iuribus collationis beneficij ab episcopo factæ cognoscere.
- 7 Inferior factum superioris non rescindit, nec consequenter de illis cognoscit, quæ ad hunc finem rescindendi coram eo deducuntur.
- 8 Exequutor merus quis non desinit esse ex eo, quod in exequendo citauerit, & ex abundanti quadam alia ad iustificandam suam exequutionem fecerit.
- 9 Ab exequutione exequutoris facta seruata forma tradita, & à repulsione exceptionum propositarum, de quibus exequutor cognitionem non habet, rectè non appellatur.
- 10 Iudex nullus ordinarius, uel delegatus debet alium instituere in beneficio ab alio possessore, nisi prius amoto possidente amouendo, uel de facto.
- 11 Et quando de facto possit amoueri, & num. 14.
- 12 Papa in beneficijs ius alteri questum tollere potest.
- 13 Exequutor cum clausula citatis citandis quando non merus, sed mixtus dicatur, & quando etiam merus tantum.
- 15 Episcopus potest de facto priuare tenentem ecclesiam notoriè iniuste, nec illum in iudicio uocare, aut contra ipsum iudicialiter procedere necesse habet.

E P I T O M E.

EXEQUUTOR ad beneficia datus in literis Apostolicis cum mandato, ut uocatis Titio, & alijs uocandis, Caium in corporalem possessionem cuiusdam ecclesiæ inducat, & inductum defendat contradictores compescendo, amoto exinde dicto Titio, & quolibet alio illicito detentore, quod citato Titio, liberè potuerit mandatum exequi, Caium inducendo in possessionem, & inductum defendendo, maxime q. Titium p. dictorē, ipsumq. Titium etiam de facto amouendo, absque eo, quod de exceptionibus proposuit per Titium ualiditatem tituli, & prouisionis Apostolicæ concernentibus cognouerit, hic demonstratur.

C O N S I L I U M XIII.

**M**ISERIS literis Apostolicis, quibus prouisum fuit Do. Gregorio de Giraldis de ecclesia parochiali sancti Blasij, & dati fuerint exequutores, quibus mandatum fuit, ut uocatis quodam Do. Dñico, & alijs, qui fuerint euocandi, ipsum Dom. Gregorium, uel eius procuratorem in corporalem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ inducerent, & inductum defenderent, amoto exinde dicto Do. Dominico, & quolibet alio illicito detentore, dubitatur, an id, quod Do. Gratianus de Graffis unus ex exequutoribus fecit in amouendo, & expelli faciendo dictum Do. Dominicum à detentione dictæ ecclesiæ, de iure ualeat, ita q. Do. Gregorio sit acquisita possessio corporalis dictæ ecclesiæ, & in ea sit tuendus non solum per ipsos exequutores in literis datos, sed etiā per ordinariū loci. In quo absq. multiloquio non arguendo aliter ad partes concludo, q. ex quo do. exequutor seruauit formā sibi datā in exequendo, uidelicet q. uocauit, & citari fecit dictum Do. Dominicum, potuit mandatum sibi iniunctum exequi, immittendo in possessionem procuratorem præfati Do. Gregorij, quia p.arendum est literis Apostolicis, quibus mandatur quem ad possessionem admitti, illiq. de fructibus responderi, ut in c. si quando. in c. mādātū. c. literis. & c. Abbatem. de refer. 2 Præterea Doct. cōiter in c. si. de præsump. & in cle. 1. de off. deleg. præsupponunt, q. dumō exequutor, cui mādātum hoc factū esset, procedat, atq. mādātū exequat, citato possessore, seu detentore ecclesiæ, ipse possit liberè mādātum exequi, & immittre in possessionem

neni immittendum, & amouere illum, q̄ erat in possessione, q̄ hoc fuisse ei expresse commissum. arg. l. mimerint. C. unde ui. & in l. si. C. si per uim, uel alio modo. & arg. c. licet eps. de prab. in 6. nā absque citatione nullo mō possit p iura praellegata, ut uolunt oēs in d. c. si. de præsump. & in c. cum nostris. de concess. prab. qui solum dubitant, an exequutor, & ille, cui hoc fuit commissum, possit absq; citatione hoc facere, & citationem tñ, & non aliud requirunt, ut ibi ita eleganter decidit Inn. in c. 1. in 2. gl. de concess. pben. in sexto. & in c. cum olim. il primo. de priuil. Ange. in l. ordo. C. de exeq. rei iud. Bal. in l. 2. col. 2. C. ubi in rē actio. & Rom. in l. iustē possidet. ff. de acqu. pos. Sed in casu nostro dictus Do. Dñicus fuit citatus, & auditus sapius, ergo quicquid Do. exequutor pro executione mandati sibi iniuncti fecit, ualuit. Et ultra quod ipse fuerit exequutus immittendo, & amouendo, & sic uideat functus officio suo, iuxta l. iudex post quā. ff. de re iud. & arg. l. a filia. ff. ad Treb. c. in literis. & c. conquerenti. de off. deleg. adhuc pp illa uerba in literis apposita, & inductum defendant p̄dictores cōpescendo, vñ durare potestas sua in defendēdo inductum, ut vñr expresse inferre uerba mandati, & colligē in terminis ex ijs, q̄ uolunt Io. And. & alij in c. cū nris. de concess. prab. & melius in c. pro illorum. de prab. ubi Abb. in terminis tangit hunc casum, & dicit aliquos tenere, q̄ talis exequutor censetur cōstitutus cōseruator, eiusq; ptas nō excludit anno. arg. c. si. de offi. lib. 6. dele. sed tñ Io. And. in d. c. pro illorū. dicit se audiuisse curiam tenere, q̄ si inductus in possessionē aliquā diu pacificē possedit, expirat eius potestas, alioquin durat. & hoc placet Abbati ibi, ne potestati ordinarij praiudicet. arg. c. ad hoc. de rescrip. & fm Abb. ibi. ita Archid. tenere vñ, & facit id, qd̄ expresse uoluit Card. in cons. 54. in 2. col. dicens per hanc clausulam durare potestati exequutoris ē post factam executionem, maxime q̄ cum, qui ante executionem p̄dixit. & hoc ē tenet Do. Card. in cons. 33. lre in Romana curia. in fin. ergo cum Do. Gregorius post executionem nūq̄ pacificē possederit, adhuc pro defendēdo illū, seu eius procuratorē in possessionē dictæ ecclesiæ inductum, ptas Dñorū exequutorū durare dñ, & maxime p̄ dictum D. Dñicum, qui ante executionem p̄dixit. ¶ Accedit adhuc, q̄ ubi cūq; Papa de aliqua cā cognouit, prout de hoc est illi credendum. arg. cle. 1. de proba. & c. si Papa. de priui. in sexto. cum ibi no. & cum sim. & sic super aliquo disposuit, & prouidit, ac pro executione faciēda mandat alicui, ut alicui in possessionem inducat, tunc ille, cui mandatum sic fuit, censetur esse merus exequutor, & in executione ipse solū debet seruare formam traditā, & nullam exceptionē admittere ad retardandā executionem, ex quo Papa, & rescribēs cognouit, ac prouidit, quia inferior non pōt cognoscere, nec rescindere factum superioris. arg. c. inferior. 21. dist. c. cū inferior. de maio. & obe. & ita firmit Io. And. & Host. in c. ac cepimus. de ata. & qual. Do. Ant. & Io. de Imo. in c. si. de præsump. Et p̄ ad propositum facit id, quod uoluit Pet. de Ancha. in cons. 225. incip. Do. exequutor. qui consuluit, q̄ si legatus bñficiū alicui actualiter p̄tulit, & sic de titulo beneficij disposuit, atq; prouidit, & postea dedit exequutorē, ut inducat in possessionē, aliaq; faciat pro executione collationis, talis exequutor non p̄t aliq̄ exceptionē admittere, nec cognoscere ad finem retardādī, seu rescindendi factum superioris, sed facta executione debet comparētē p̄ illam ad superiorem remittere, quoniam postquam Papa, seu Legatus contulit titulum beneficij, exequutor non uidetur habere cognitionem de exceptionibus, quæ ad dictum titulum elidendum uenirent, t̄ sicut

vicarius episcopi cognitionem non habet de iuribus collationis beneficij, quod episcopus contulisset, iuxta not. per Io. And. in c. 2. de off. uica. in sexto. Inferior enim factum superioris non potest rescindere, & consequenter nec de illis cognoscere, quæ ad hūc finem rescindendi coram eo deducuntur. argum. c. cum uenissent. de instit. c. ut nostrum. de appellat. & argumento l. si hominem. ff. manda. & clemen. ne Romani. de electio. Ex quibus sequitur, quod si in terminis nostris Domi. Dominicus, qui erat in detentione, seu in possessione beneficij, prætendebat ius, seu titulum in illo habere, postquam sibi per literas, & citationes exequutoris innotuit, qualiter intendebat exequi, & nolle cognoscere de iustitia tituli, nec de aliquibus exceptionibus, retardantibus executionem, debuit Papam adire, & coram eo iura sua proponere, ut colligitur ex uerbis Petri de Anchar. ibi, qui subdit, quod exequutor sic faciēdo dicitur uiam rectam elegisse, quia ad eum non spectat manum imponere super ijs, in quibus superior se interposuit. ¶ Et t̄ quamuis exequutor forte ex forma mandati citauerit, & in exequendo uiam citationis elegerit, ac ex abundantia etiam quadam egerit ad iustificandam suam executionem tendentia, non tamen propter hoc minus dici debet exequutor. argum. c. bonaz. il primo. de electio. nam & quilibet exequutor de aliquibus cognoscit, sed non de ijs, quæ rei, super qua executio est faciēda, proprietatem respiciunt. l. a Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. ¶ Et t̄ ex his sequitur, q̄ non rectē a repulsiōe exceptionum propositarum in casu nostro concernentium ius oppositis, uel inhabilitatem eius, qui gratiam obtinuit, fuit appellatum, ut ibi per Anch. & maxime cum in exequendo fuerit seruata forma tradita, quia fuit uocatus dictus Do. Dominicus iuxta ea, quæ habentur in c. exhibita. de iudicijs. & ideo ab executione appellari non potuit. c. nouit. cum ibi plenē not. de appell. Et ad propositum nostrum optime facit id, qd̄ uoluit Io. And. in c. quia diuersitatem. de concess. pben. qui post Inno. dicit, q̄ nullus iudex ordinarius, uel delegatus debet alium instituere in beneficio, qd̄ alius possidet, nisi amoto prius possidente, qui amouendus est, uel de facto, quando superior hoc mandauit, quia tunc auctoritate superioris potest amoueri de facto, & non seruato ordine iudicij, si nil proponitur rationabile. ¶ Sed in casu nostro Papa mandauit exequutori, q̄ dictus Dom. Dominicus deberet de possessione, & ab ecclesia amoueri, ergo licitum fuit exequutori de facto illum amouere, quia sic amouendo, dicitur hoc fecisse auctoritate Papæ, t̄ qui in beneficijs ius alteri quesitum tollere potest, cum in illis plenitudinem potestatis habere dicatur. c. propositum. de concess. prab. gl. in c. si. 9. q. 3. & faciunt ea, quæ habentur per Abb. in c. consequenter. de rescrip. spoli. ¶ Nec obstat, t̄ q̄ ubi cūq; etiam Papa mandat aliquid fieri uocatis uocandis, non dicitur facere merū exequutorem, sed mixtum ad ea, quæ hñr in c. pastoralis. de off. dele. & ideo talis non potest procedere, nisi iuris ordine seruato, & iudicialiter. c. exhibita. ibiq; Abb. in ultimo notab. de iudi. & Card. in cons. 92. nobiles uiri, &c. qui dicit hanc clausulam uocatis uocandis esse tanti uigoris, q̄ et si adijciatur exequutori, qui aliās est merus exequutor, facit, q̄ teneatur assumere partes iudicis, per tex. l. d. c. exhibita. dicitq; Card. ibidem, q̄ propter talem clausulam rescriptū non pōt subreptitiū dici, nec allegari, ex quo iudex debet iudicialiter, iurisq; ordine seruato procedere. & facit id, quod uolunt DD. de Rota in decisi. 370. in antiquis. quia responderetur hoc uerum esse, quando Papa cum hac clausula citatis, & uocatis uocandis mandasset

dasset aliquid fieri, quod à Papa nondum factum, seu cognitum fuisset, nec super eo Papa disposuisset, aut prouidisset, ut clarè, & in terminis loquitur text. in d. c. exhibita. ibiq; scriben. quia tunc cessat illud inconueniens, qd inferior factū à superiore rescindat, seu rescindere possit, sed qn Papa super eo prius prouidisset, aut disposuisset, ut quia iam beneficium contulisset, & pro exequutione collationis, ac prouisionis mandasset, illum debere immitti in possessionē, amoto tali, seu quolibet detentatore, tunc exequutor ille nō censetur factus cognitor, nec electus, ut iudicialiter, iurisq; ordine seruato procederet sup exceptionibus oppositis ab eo, qui fuit uocatus, & maxime qn illa ius tituli, & proprietatis concernebat: immo forma hac obseruata, uidelicet qd citauerit, exequutor poterit de facto exequi, ne cōtingeret inferiorē factū superioris rescindere, & de illo cognoscere, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Pet. de Anch. in d. conf. 225. & faciunt, quæ habent p. lo. And. in d. c. quia diuersitate, & supra dixi, nā p. ex quo Papa in casu nostro mandat Do. Gregorū debere immitti in possessionē dicti beneficii, citato, & amoto dicto Do. Dominico, quē Papa reputat intrusum esse absq; aliquo canonico titulo, & dictū beneficium detinuisse, & detinere indebitè occupatū, quæ uerba Papæ faciunt fidē, & rē manifestam, ac quodamō notoriā, ex quo super illis prouisionē, & dispositionē suā fundat, iuxta quæ habentur in d. c. gratia. de rescip. in 6. & in d. clem. 1. de probat. cū ibi nō sequitur, qd Papa mandando Do. Dominicū debere amoueri, debet intelligi, ut possit amoueri de facto absq; eo, quod p. ipsum iudicialiter procedat, dumō seruata fuerit forma tradita in exequendo, uidelicet quod si fuerit citatus: Et ultra prædicta facit id, qd uoluit Abb. in c. ga. clerici. post princ. de iur. patr. ubi singulariter dixit, qd si quis notoriè iniuste tenet ecclesiā, nō est necesse, qd episc. ipsum uocet in iudiciū, & p. illū iudicialiter procedat, sed pōt de facto priuare, ex quo de facto se intrusit, prout in casu nostro D. Dominicus se de facto intrusit absq; canonico titulo, ueluti attestatur Papa, cui in hoc est standū, ut supra. Et qd in casu, de quo agitur, non dicitur mixtus, sed merus exequutor, & quauis ex abundantia citauerit, & quadā alia adiustificadā suā exequutionē fecerit, tamen pp. hoc non desinat esse merus, uoluit Do. Card. in conf. 76. incip. Reuerende pater. Ex prædictis itaq; constat, qd possessio relaxanda est Do. Gregorio, seu eius procuratori, & si D. Dominicus prætedat ius aliquod in dicto beneficio habere, adeat Papam, qui semel manū super hoc apposuit, & coram illo doceat de iuribus suis, qd ei iustitiā facere non denegabit. c. ex ore de priuileg. ne, si aliter fieret, contingat inferiorē corrigere, seu rescindere id, qd Papa fecit, & ordinauit, qd esset absurdū, ut supra dictum est. Laus Deo.

## S V M M A E.

- 1 Gratia, & liberalitas propriè dicitur collatio beneficii.
- 2 Oeconomi constitutio in ecclesijs an, & quando gratiam in se contineat, & in quibus ecclesijs constituitur.
- 3 Gratia continere id dicitur, quod in fauorē alicuius est introductū.
- 4 Relatio clausule in literis postea est ad contenta, & concessa in literis, & non ad extra faciendā.
- 5 Annulatio actus est pena.
- 6 Priuare aliquem administratione, & iure iam quesito penale est, & odiosum.
- 7 In penalibus, & odiosis stricta est faciendā interpretatio.
- 8 Interpretatio semper faciendā est, ne iuri iam alteri acquisito præiudicetur, & potius, ut uerba nil operentur, quàm ut indebitè quis damnum patiatur.
- 9 Priuilegium iuri alterius præiudiciale debet strictè intelligi, & in eo casu, in quo minus præiudicet.

- 10 Literas, seu bullas beneficii sibi collati quis infra certum tempus expedire de iure communi non tenetur.
- 11 Et eas infra certum tempus debere expediri continet potius utilitatem, & fauorem eius, cui beneficiū fuit collatū, quàm onus.
- 12 Coniectura semper potius ex proxima scriptura, quàm ex remota est assumenda.
- 13 Pœna adiecta in casu, quo duo copulatiuè non fiant, non committitur, nisi utrumq; non fuerit adimpletum, nec sufficit alterum tantum non fuisse factum.

## E P I T O M E.

CLAUSULA illa, alioquin gratia sit nulla, in fine literarum, seu breuis appositā, quod ad concessionem duntaxat in ipsis literis contentam, uel ad proxima tantum sit referenda, probatur.

## C O N S I L I U M X V.

**C** V A M V I S pauca excogitari possint, ultra quæ per Do. Adlocatū causæ, de qua agitur, considerata fuerunt, tñ, ut ueritati & amico satisfaciam, aliqua breuiter subiungam: Tota itaq; difficultas iudicio meo in eo uertitur, an illa clausula in fine literarum, seu breuis posita, alioquin gratia sit nulla, referenda sit ad concessionem tantum in ipsis literis factam, an uerò ad gratiam, per quam beneficium aliàs Do. Herculi collatū fuit, & licet prima facie uideretur dicendum, relationem debere fieri ad gratiā collationis, & prouisionis factæ de beneficio, quia p. talis propriè dicitur gratia, & liberalitas. arg. c. gratia. c. quamuis. c. tibi, qui. & c. si gratiosè. cum multis sim. de rescip. in 6. & non ad id, quod fuerat cōcessum per literas, in quibus talis clausula fuit appositā, quoniam talis concessio gratiam non continet, sed ius cōe, sū quod, ne fructus ecclesiæ, eiusq; possessio indebitè ab aliquo occupentur, dum ecclesiæ prouidetur, constituitur œconomus, qui nomine ecclesiæ apprehendat possessionē, eiusq; fructus, & illos conseruet. cap. cum uos. cum materia. de offi. ordin. tamen contrarium in terminis nostris uerius esse arbitror, qd relatio faciendā sit ad concessionem, de qua in ipsis literis, quæ gratiam in se dicitur continere. Et hoc multifariam apertè demonstratur, in primis, quia p. de iure cōi, & regulariter œconomi constituantur in ecclesijs uacatibus, quibus nondum de rectoribus esset prouisum, ut in d. c. cum uos. ibiq; plenè notatur, non autem in ecclesijs, quibus iam de rectoribus esset prouisum, nam tunc ad ipsos rectores spectaret apprehendere possessionem uacantem, fructusq; ecclesiæ etiam propria auctoritate, ex quo per collationem iam acceptatam ipsis ius in re, hoc est in ecclesiā dicitur acquisitum, iuxta tex. in c. si tibi absenti. de præb. in 6. ibiq; Docto. & in c. si de concess. præb. Ita tenet Io. And. & sequitur Domi. de S. Gemin. & alij in d. c. si tibi absenti. secus si possessio ecclesiæ non esset uacans, ut ibi. Constituantur etiam œconomi de iure cōi, ut supra, qui nomine ecclesiæ apprehendant possessionem, & fructus, illamq; & illos in utilitatem ecclesiæ expendant, aut futuris rectoribus reseruent, ut in d. c. cum uos. non autem, qui nomine Papæ, & sedis Apostolicæ apprehendant possessionem, & fructus, prout factū fuit in casu nostro. Et quamuis postea mandetur œconomis, ut ipsi debeant relaxare possessionem ecclesiæ Do. Herculi rectori, tamen de fructibus nihil iniungitur. Et his respectibus dici potest, quod concessio, & constitutio œconomorum, de qua in literis, gratiam, & aliquid præter ius cōe continere dicatur. Quinimmo arbitror qd constitutio œconomorum regulariter, quæ fit etiā pro conseruatione fructuum, & pro tuendā possess. eccl. uacantis: & sic in casu d. c. cū uos. & in alijs simil. ac et in casu nostro, gratiam simpliciter continere dicatur, ut est tex. clarus, iunc. gl. in primis uerbis, in c. qd ob gratiā.

d de